

Etiam de persona respectu ætatis ineligibili, cassavimus & annullavimus, & pro cassa & annullata haberi volumus & decrevimus: & mandavimus per dictum Capitulum dictæ Ecclesiæ S. Johannis Chrysostomi deveniri ad novam electionem alterius personæ in termino sex dierum a die intimationis incipientium, & prout in nostro Decreto, seu sententia diei 14 junii proxime præteriti, & facta intimatione DD. Plebano & Capitulo prædictæ Ecclesiæ S. Joh: Chrysostomi, ac de mandato nostro infra terminum præfixum per ipsum Capitulum processo ad novam electionem dicti subdiaconalis tituli. Et cum fuerit electus Presb. Matthæus Capito Mansionarius dictæ Ecclesiæ ad dictum titulum subdiaconalem ejusdem Ecclesiæ, & presentata dicta electione R:^{mo} D.^o Laurentio Pisani Abbati, & pro Ser:^{mo} Dominio Ducali Venet:^m Conservatori Bullarum Apostolicarum, dictus D:ⁿ, Conservator, visa asserta electione sub die 20 junii proxime præteriti per dictum Capitulum Ecclesiæ S. Joh: Chrysostomi facta de persona prædicti Presbyteri Matthæi Capito ad dictum titulum subdiaconalem dictæ Ecclesiæ, ipsam non approbavit, attento quod dictus Presbyter Matthæus non erat de gremio dictæ Ecclesiæ, prout in decreto dicti R:^{mi} D. Conservatoris die 17 Augusti, proxime præteriti: Cumque in vim Privilegiorum nobis ab Apostolica Sede desuper concessorum intuitu Ser:^{mi} Ducis Vene-tiar.^e ac præcipue fel. rec. Pii Papæ IV datis Romæ die 19 Julii, 1560, collatio provisio & omnimoda dispositio dicti subdiaconalis Tituli pro hac vice tantum nobis devoluta fuerit: quia per Capitulum dictæ Ecclesiæ duo successive minus idonei & sufficientes electi & nominati fuerunt, & ut supra ejecti
& non